



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

2. De pœnis raptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

virginum ad stuprum : idcirco hoc sit. Pont. de raptoribus tum corporum, tum rerum & bonorum, simulque de incendiariis & violatoribus seu raptoribus Ecclesiarum.

1. Raptus in genere hoc loco est mulieris ; virginis seu viduae, seu Monialis, vel nuptiae agt etiam masculi, libidinis causa, abductio. Differat a Stupro, quod Raptus vim includat, sive causat soli raptae, sive iis, quorum potestati subest, ut parenti, marito, sposo, curatori sive iuris que, l. unica Cod. De raptis virg. can. De raptoribus xxxvi 1 q. 1. Vim autem habent etiam persuasoria verba, l. 1. §. persuadere D. De servo corrupto : adeoque Solon magis cum punivit, qui verbis pellebatur mulierem, quam qui vi abduxisset, teste Plutarcho, in Solone. Insuper potest habere locum in corrupta. At vero Stuprum tantum habet locum in integra, & fieri potest absque ullo raptu ; sicut & raptus fieri potest circa violationem, quia sufficit eo sine esse raptam.

Dixi, libidinis causa, quia si redigendi in servitatem & dominii vindicandi causa sit abductio, dicitur plagium, non raptus.

2. Duxi, abductio ; quia si in loco violetur, non dicitur propriè raptus, sed vim seu stuprum passa : licet generaliter id etiam raptus vocetur.

Quamvis autem sponsus de praesenti vel futuro rapiens sponsam suam, de illius consensu, sed invicis ejus parentibus, non dicatur raptor de jure Canonico, cap. Cum causa 6. hoc ut, eo quod sponsus ex despontione aliquid juris in sponsam habeat, (raptusque non dicatur admissi, in d. cap. Cum causa, ubi ante de nuptiis nihil est actum) tamen dicitur raptor de jure Civili, l. unica Cod. De raptis virg.

§. II.

De poenis raptus.

1. Pena raptus est capitalis de jure Civili.
2. Eodem jure interdictum matrimonium inter raptorem & raptam.
3. Non vero jure Canonico.
4. Alio pena ex eodem jure.
5. Concil. Trid. decretum de haeres.

Oo 3

aut

1. Ex civilis raptorē puellæ vel mulieris, ho-
lestæ, sive nuptæ, sive innuptæ, & maxi-
mè si Deo fuerint dedicatæ virgines vel viduæ,
ultore ferro, id est capititis supplicio persequitur,
cum bonorum ademptione, quæ addicuntur
raptæ, vel alii, juxta ordinem, d. l. unica Cod. De
raptis virg. Novel. 143. De raptis mulierib, & No-
vel 150. De ea qua raptoris suo nubis. Adde can. Si
quis rapuerit xxvii 1 q. 1. Deprehensi veđ in ip-
so rato & fragrantii adhuc cuimine tam raptores
quam qui eis auxilium præstarent, possunt à
parentibus vel aliis coniunctis personis, item à
tutoribus vel curatoribus raptæ impunè occidit.

2. Insuper jure Civili interdictum matrimonio-
num inter raptorem & raptam d. l. unica. si-
cut & olim jure Pontificio can. Placuit, can. De
puellis xxxvi. q. 2. Quod tamen posteriori jure
Decretalium mutatum est, c. ult h. tit. ut pare-
bit ex jam dicendis. Cæterum raptui mulieris
inhonestè viventis seu meretricis nulla jure Ci-
vili statuta est poena, seuericta est arbitaria
& extraordinaria. Vide Menoch. De arbitris casu
101 Jul. Clarum §. Raptus n. 6. Covar. hb. 3.
Var. resol. c. 13. n. 2.

Jure igitur Canonico, hodie raptor raptam
habere uxorem non prohibetur, d. cap. ult hoc sit,
dummodo raptæ a raptore separata, & in loco
tuto ac libero constituta, extra potestatem rap-
toris, liberè dein consentiat in matrimonium.
Alioquin quamdiu in potestate manet raptoris,
nulum inter eos potest consistere matrimonium,
Concil. Trid. Sess. 24 cap. 6. De reformat. ma-
trim.

3. Præterea raptorem alienæ sponsæ Cano-
nes publica penitentia mulcent, jubentque
manere sine spe conjugii, can. Raptor. 33. & can.
seq. xxvii. q. 2. sique impedimentum matri-
monii non est dirimens, sed impediens : quod
tamen in quibusdam locis non est in usu, Na-
var. in Manuali c. 22. n. 74.

Quin etiam ob immanitatem facinoris &
violentie, si ea intervenierit, raptor mulieris
mortu vel membro aliquo mutilari potest :
quamvis Judeus Ecclesiasticus hanc penitentiam in-
fligere non valeat. Sed eam regiae potestati re-
servare debent. Vel mortis aut mutilationis
impunitate concessa raptor sit servus raptæ,
eum potestate ramen seipsum redimendi, sol-
yendo libertatis pretium, competens aut mulieri